Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36531
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quia in antixpo & pseudo ypheus qui faciebant coram illo signa & pdigia
ipse uictus est. & hoc loco nouissime aduersus illum pugnabitur ut iam mit
tatur in gehennam. Et saluator inter cetera ait. Nunc princeps mundi
hui⁹ mittetur de [illegible] orsum. Et tunc g̃ uictus ē. & frequenter uict⁹ ē.
Vnde dicit esayas ppha. Quom̃ [illegible] cecidit de celo lucifer qui mane ori
batur. Et mortui resurgent incorrupti. & nos inmutabimur. Resurgen
tibus enim peccatoribus & impius sci mutabunt in claritatem. ut caro fiat
spualis cum gla. quasi plumbum si fiat aurum. Sci enim in aduentu dni resur
gent. sicut supius ait. Initium xpe. deinde qui s̃ xpi in aduentu ei. Sicut
& in apokalypsi continetur. Peccatores enim n̄ sunt xpi. quia audient
adno. Non noui uos. Qui enim xpi sunt. carnem suam crucifixerunt cum uicis
& ecupiscentiis. Et in psalmo primo scriptum est. Ideo n̄ resurgent impii
in iudicio. neq; peccatores in consilio iustorum. Ab impius enim n̄ est q̃d requi
ratur. sed adhoc surgent ut pereant. uidentes uerum ee q̃d credere nolu
erunt. Perire ē autem ado esse alienum. sicut ait ad romanos. Quicumq; enim
extra legem peccauerunt extra legem & peribunt. & qui cumq; in lege pecca
uerunt p legem iudicabuntur. Ac p hoc peccatores iudicabuntur. Indigni
enim sunt resurgere cum scis. sicut ait psalm⁹. Neq; peccatores in consilio
iustorum. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. & mor
tale hoc induere inmortalitatem. Hoc ē q̃d supra dixit. Et mortui resur
gent incorrupti. id ē ut iam inmortales sint. n̄ tam inpassibiles. Hi enim
quos dicit penas patient p qualitatib⁹ delictorum suorum. ita ut exeant
inde exsoluto debito. impii autem eterna pena torquebunt. Ait enim dns.
Qui n̄ crediderit iam iudicatus est. Vnde & esayas ppha. ignis ait eorum
n̄ extinguetur. & uermis eorum n̄ morietur. In aduentu tam dni & sci
resurgent. & qui uiui fuerint inuenti obuiam rapient in aere. mortem
quasi soporem passi. In ipso enim raptu & mortem & resurrectionem habebunt.
sicut dicit ad thessalonicenses. Tempore enim anti xpi aut apostate erunt
aut sci. aut in lapsu aut in penitentia positi. ceteri gentiles. quos dns
ihc cum duce ipsoq; anti xpo in aduentu suo interficiet spu oris sui. id est
iussu ei⁹ igni exurentur p angelos uirtutis eius. Cum g̃ mortale hoc
induerit inmortalitatem. tunc fiet uerbum q̃d scriptum est in osee ppha.
Absorta ē mors in victoriam. Vbi ē mors aculeus tuus. Vbi ē mors con
tentio tua. Post resurrectionem impiorum & peccatorum absorbebit mors
in victoriam. Insultantis enim uerba s̃ & dicentis. Vbi ē mors aculeus
tuus. Vbi ē mors con qu tentio tua. Victoria enim deuicte mortis.
resurrectio mortuorum est. Mors autem diabolus ē. cui insultatur.